

An forte istæ leges Imperatoris vos non permittunt nostros Episcopos convenire? Ecce interim Episcopos nostros, qui sunt in regione Hippo-nensi, ubi à vestris tanta mala patimur, convenite! Quanto enim licentius & liberius ad nos per vestros vestra scripta, quām corum arma, perveniunt? Postremò per istos ipsos fratres nostros, quos ad vos misimus, talia rescribete. Si autem & hoc non vultis, saltim cum vestris, à quibus talia patimur, nos audite. Ostendite nobis veritatem, pro qua vos pati dicitis persecutionem; cūm patiamur nos vestrorum tantam crudelitatem! Si enim nos esse in errore conviceritis, forte conceditis nobis, ut non rebaptizemur à vobis, justum existimantes, ut nobis hoc præstetis, qui baptizati sumus ab eis, quos nullo judicio damnastis, *Vid. lib. 1.* quod præstitistis eis, quos Felicianus Musticanus & Prætextatus Assu-<sup>(2.)</sup> *contræ* ritanus per tam longum tempus baptizaverant, quando eos per Judi-<sup>Gaudent.</sup> cum iussa de basilicis pellere conabamini, quia Maximiano communi-<sup>sub. fin.</sup> cabant, \* cum quo à vobis in concilio Bagaitano expresse nomina-<sup>\* Al. cum</sup> timque damnavi sunt: Quæ omnia Gestis judicialibus & municipa-<sup>Gen. 22, 18.</sup> libus demonstramus, ubi & ipsum concilium vestrum allegastis, dum vultis Judicibus ostendere, quod schismaticos vestros de basilicis pelle-<sup>\*</sup> *Al. nec* retis. Et tamen qui ab ipso semine Abrahæ, *in quo omnes gentes benedi-*  
*cuntur*, schismata fecistis, de basilicis pelli non vultis: non per Judices; sicut schismaticis vestris vos fecistis; sed per Reges terræ, qui comple-<sup>doc.</sup> tā prophetiā, Christum adorant, apud quos Cæcilianum accusantes victi recessistis. Si autem\* nec audire nec docere nos vultis, venite, <sup>\* Al. nec</sup> aut mittite nobiscum in regionem Hipponeñsium, qui videant arma-<sup>doc.</sup> tum exercitum vestrum; quamvis nullus miles numero armorum suorum calcem & acetum addidit ad oculos barbarorum. Si neque hoc vultis, saltim scribite ad illos, ut jam ista non faciant, ut jam se à cæ-  
dibus nostris, à rapinis, ab excæcatione, compescant. Nolumus dicere: damnate illos: Vos enim videritis, quomodo vos non inquinet, quos modò ostendimus, in vestra communione latrones, & nos inqui-  
nent, quos nunquam potuistis ostendere, Tradidores. Ex his omni-  
bus eligite, quod volueritis. Si autem querelas nostras contemseritis, nos minimè pœnitibit ordine pacifico agere voluisse. Aderit Domi-  
nus Ecclesiæ suæ, ut vos potius humilitatem nostram contempsisse pœ-  
niteat.

## EPIST. LXIX.

Augustinus Restituto, quatenus mali tolerandi in Eccle-  
sia.

Uu 2

Domi-